



Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

Gregor <I., Papst>

Lutetia Parisiorum, 1675

Homilia XX. Et porta atrij interioris in via Australi: & mensus est à porta
usque ad portam in via Australi, centum cubitos. Et introduxit me in
atrium interius ad portam Australem: & mensus est ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

Ibid. Quia disciplinæ custos & benignus , dicit: Cumque A
tob. 31. b federem quasirex , circumspicente me exercitu , eram
 tamen merevimus consolator. Quia humilis fuerat ,
 dicit: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo &
Ibidem. ancilla mea , cum disceptarent adversum me. Quia
Ibidem. hospitalis fuerat , fatur: Si despici pratereuntem ,
 eo quod non habuerit indumentum. Quia largus in
Ibidem. donis , dicit: Si non benedixerunt mihi latera ejus ,
 & de velleribus ovium mearum cœfactus est. Quia
Ibidem. violentus non fuerat , testatur , dicens: Si levavi
 super pupillam manum meam , cum videbem me in por-
Ibidem. ta superiori. Quia de inimici periculo nunquam
 exultaverat , dicit: Si gavisus sum ad ruinam ejus
 qui me oderat. Quia patiens fuit , & etiam suorum
 malitiam æquanimiter pertulit , dicit: Si non dixer-
Ecccl. 11. uni viri tabernacula mei , quis det de carnibus ejus
 ut saturemur? Quid est hoc , quod vir sanctus tot
 suas virtutes inter flagella enumerat? Quid est ,
 quod ore suo opera que fecerat , laudat: nisi quia
 inter vulnera & verba quæ hunc ad desperationem
 trahere poterant , ad spem animum reformat? Et
 qui in prosperitate humili fuit , revocatis bonis suis
 ad memoriam , infraictus in adversitate permanxit.
 Cujus enim animum inter tot flagella , illa verba ad
 desperationem non impellerent , nisi sibi ad memo-
 riā bona que fecerat revocasset? Videlicet san-
 ctus vir mente suam auditus tot malis ad despera-
 tionem concuti , & mirabiliter studuit in spe certa
 ex bonis suis actibus solidari. Sic impletur quod
 scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum , & in die malorum ne immemor sis bonorum. Si
 enim cum bona habemus , malorum reminiscimur ,
 quæ aut jam passi sumus , aut adhuc pati possumus: accep-
 ta bona mentem non elevant , quia corum
 gaudium timor memoriae malorum premit. Et si
 cum mala habemus , bonorum reminiscimur , quæ
 aut jam accipimus , aut adhuc nos possit accipere
 speramus , malorum pondus animum in desperatio-
 nem non deprimit , quia hunc ad spem memoria
 bonorum levat. Si itaque fratres charissimi , sic per
 præcepta Dominica & per sanctorum exempla gra-
 dumur , ut nos nec prosperitas elevet , nec adversi-
 tas frangat , habere nos ante omnipotens Dei oculos
 palmas hinc & inde monstramus: Cui est honor
 & gloria , in secula seculorum. Amen.

HOMILIA XX.

Ezech. c. Et porta atrij interioris in via Australi : &
XL. v. 27. mensus est à porta usque ad portam in via
 Australi , centum cubitos. Et introduxit me in atrium interioris ad portam Australi : & mensus est portam juxta mensuras superiores , thalamum ejus , & frontem ejus , & vestibulum ejus eisdem mensuris : & fenestras ejus , & vestibulum ejus in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis , & latitudinis vigintiquinque cubitos: & vestibulum per gyrum longitudine viginti & quinque cubitorum , & latitu-
 dine quinque cubitorum : & vestibulum ejus ad atrium exterius , & palmas ejus in fronte : & octo gradus erant quibus ascendebat ad eam. Et introduxit me in atrium interioris per portam Orientalem , & mensus est portam secundum mensuras superiores , thalamum ejus , & frontem ejus , & vestibulum ejus , & fenestras ejus per circuitum , longitudine quinquaginta cubitorum , & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et vestibulum ejus , id est , atrij interioris , & palma calata in fronte eius hinc & inde , & in octo gradus ascensus ejus.] Ea quoque , quæ de Australi porta & Orientali dicta sunt , in eisdem verbis etiam de porta quæ ad Aquilonem respicit , replicantur. Nam subditur: [Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem , & mensus est secundum mensuras superiores , thalamum ejus , & frontem ejus , & vestibulum ejus , & fenestras ejus per circuitum , longitudine quinquaginta cubitorum , & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et vestibulum ejus respiciebat in atrium exterius , & celatura palmarum in fronte illius hinc & inde , & in octo gradibus ascensus ejus.] Quid itaque interiori atrio , quid thalamo , quid frontibus , quid vestibulo , quid fenestris , quid longitudine & latitudine , quid palmarum celaturæ signetur , la-
 tè jam superius diximus : nec oportet ut in eisdem ^{sup. ho. 18.} iterum , sed in his solummodo quæ necdum dicta sunt ,

rum , & latitudine vigintiquinque cubito-
 rum. Et vestibulum ejus , id est , atrij ex-
 terioris , & palma calata in fronte ejus
 hinc & inde , & in octo gradibus ascen-
 sus ejus. Et introduxit me ad portam que
 respiciebat ad Aquilonem : & mensus est
 secundum mensuras superiores , thalamum
 ejus , & frontem ejus , & vestibulum ejus ,
 & fenestras ejus per circuitum , longitu-
 dine quinquaginta cubitorum , & latitu-
 dine vigintiquinque cubitorum. Et vestibu-
 lum ejus respiciebat ad atrium exteriū:
 & celatura palmarum in fronte ejus hinc
 & inde , & in octo gradibus ascensus ejus.
 Et per singula gazophylacia ostium in
 frontibus portarum. Ibi lavabant holo-
 caustum.

Prophetæ verba , quæ largiente Domino hodie
 charitati vestre loquenda sunt , lectione magis
 indigent , quam expositione. Ea enim in tribus portis
 interioribus replicantur quæ secundò jam , vel tertio
 de exterioribus dicta sunt. Pauca verò in eam
 descriptione permutantur. Unde necesse est ea nos
 quæ jam dicta sunt , legendo transcurrere , ut ea
 quæ dicenda sunt , licet in possimus enodare. Ita-
 que nunc dicitur: [Et porta atrij interioris in via
 Australi : & mensus est à porta usque ad portam
 in via Australi , centum cubitos. Et introduxit me
 in atrium interioris ad portam Australi : & mensus
 est portam juxta mensuras superiores , thalamum
 ejus , & frontem ejus , & vestibulum ejus eisdem
 mensuris : & fenestras ejus , & vestibulum ejus in
 circuitu quinquaginta cubitos longitudinis , & la-
 titudinis vigintiquinque cubitos , & vestibulum per
 gyrum.] Cuncta hæc superius dicta atque expedita ^{Hom. 19.}

esse meministis. Necdum verò est dictum quod de
 eodem vestibulo subditur: [Longitudine viginti &
 quinque cubitorum , & latitudine quinque cubitorum : & vestibu-
 lum ejus ad atrium exterius .] Atque iterum hoc quod jam superius dictum fuerat ,
 replicatur , cum dicitur: [Et palmas ejus in fron-
 te.] Et statim quod adhuc dictum non fuerat , sub-
 ditur: [Et octo gradus erant in quibus ascende-
 tur ad eam.] Hoc quoque quod de Australi porta

scriptum est , de Orientali quoque porta in eodem
 ordine narratur. Nam protinus subinfertur: [Et
 introduxit me in atrium interioris per portam Ori-
 entalem : & mensus est portam secundum mensuras su-
 periores , thalamum ejus , & frontem ejus , & ve-
 stibulum ejus sicut supra : & fenestras ejus , &
 vestibulum ejus in circuitu longitudine quinquaginta
 cubitorum , & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et
 vestibulum ejus , id est , atrij interioris ,

E & palma calata in fronte eius hinc & inde , & in
 octo gradibus ascensus ejus.] Ea quoque , quæ de
 Australi porta & Orientali dicta sunt , in eisdem
 verbis etiam de porta quæ ad Aquilonem respicit ,
 replicantur. Nam subditur: [Et introduxit me ad
 portam quæ respiciebat ad Aquilonem , & mensus
 est secundum mensuras superiores , thalamum ejus ,
 & frontem ejus , & vestibulum ejus , & fenestras
 ejus per circuitum , longitudine quinquaginta cubi-
 torum , & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et
 vestibulum ejus respiciebat in atrium exterius , &
 celatura palmarum in fronte illius hinc & inde ,
 & in octo gradibus ascensus ejus.] Quid itaque
 interiori atrio , quid thalamo , quid frontibus ,
 quid vestibulo , quid fenestris , quid longitudine &
 latitudine , quid palmarum celaturæ signetur , la-
 tè jam superius diximus : nec oportet ut in eisdem ^{sup. ho. 18.} iterum , sed in his solummodo quæ necdum dicta sunt ,

funt, occupemur. Nunc ergo quærendum nobis est, que iste tres portæ interiores sint: vel quid est quod èarumdem portarum veltibula vigintiquinque cubitis longitudine, & quinque cubitis latitudine, metiuntur: vel cur ad eas non septem, sicut de portis exterioribus dictum fuerat, sed octo gradibus ascenditur. Porta enim atrij interioris que superius dicta est, de his tribus portis interioribus non est: quia illa contra Orientis & Aquilonis portam respicere dicitur, ista autem singulæ interius ad Austrum vel Orientem & Aquilonem posita esse memorantur. Unde rectè per illam aditus interior designatur; quia sicut precedentilocatione jam dictum est, vel Judæis & Gentilibus, vel inchoantibus atque in bono perseverantibus, vel à bono cadentibus, sed post culpas per pœnitentiam surgentibus patet. Nunc autem postquam singula in Oriente & Aquilone & Austro portæ descriptæ sunt, cur interioris atrij rufum portæ singulæ in Austro & Oriente atque Aquilone describuntur? Aspirante Domino, magna intentione opus est finum tanta profunditatis indagare. Si enim portarum nomine sanctos predicatorum accipimus: sciendum nobis est, quia una est Ecclesia in prædictoribus Testamenti veteris ac novi. Portæ autem, septem vel octo gradus habent: quia sancti Spiritus septiformem gratiam concorditer predican: oœkavo verò gradu annunciant præmium retributionis æternæ. Unde scriptum est: *Da partes septem, necnon & oœko.* Quid itaque dicere possumus exteriores portas, nisi antiquos patres fuisse, qui per præcepta Legis noverant opera populi magis, quam corda custodire? ut interiores portas predicatorum sancta Ecclesia debeamus accipere, qui spiritualibus monitis discipulorum suorum corda custodiunt, ne malis que non faciunt, vel in cogitationibus delecentur. Per illas enim septem gradibus ascendi dicitur, istarum verò octo graduum ascensus esse perhibetur: quia & in veneratione Legis dies septimus fuit, & in novo Testamento oœkavus dies in sacramento est: is videlicet, qui Dominicus appellatur, qui tertius à passione, sed oœkavus à conditione est, quia & septimum sequitur. Sin verò portarum nomine solos intelligimus sanctos Apostolos designari, qui videlicet primi nobis sunt sanctæ Ecclesiæ prædicatores, & nos fidem, spem, atque charitatem summopere tenero docuerunt: ipsi itaque nobis in his virtutibus portæ sunt, qui nos per eadem virtutes ad interiore intellectum æterna sapientiæ perdunt. Sed si ipsi exteriores portæ sunt, quos accipimus interiores? Si verò ipsi interiores sunt, quos intelligimus exteriores? Quia in re intelligi utiliter potest, quia ipsi nobis & exteriores simul & interiores portæ sunt. Cum enim adhuc inchoantibus non alta & mystica, sed quædam quæ capi prævalent, prædicant, portæ exteriores sunt: cum verò perfectis profunda & mystica loquantur, portæ interiores. Videamus qualiter portæ exteriori pateat: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulus in Christo laetabimini potum dedi, non escam.* Videamus quæ qualiter porta interior pateat: *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Videamus utrum ipsa eadem sit porta interior & exterior: *Sapientibus & insipientibus debitor sum.* Qui rursus dicit: *Sive mente excedimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis.* In hoc enim quod contemplando & loquendo sapientibus mente excedit, porta interior est: in hoc verò quod parvulus sobrie in predicatione se temperat, & quanta ebrietate spiritus infundatur in mente, cum prædicat non ostendit, exteriorum portarum se esse manifestat. Ipsa itaque & exteriorum portarum nobis sunt & interiores, qui nos & in primo aditu fidei, spei, atque charitatis instruunt: & cùm jam proficiens Ecclesiæ regni mysteria prædicant, per subtiliorem sensum nos ad interiora perdunt. Unde & per septem

Ecccl. 11. a

C

D

E

1. Cor. 3. d

x. Cor. 2. b

Rom. 1. a

2. Cor. 5. c

A gradus prius ascensus earum describitur, & postmodum per octo. Per octavum etenim gradum illius vitæ mysteria signantur, quam in secretis suis perfeci intelligent, qui jam cuncta temporalia mente transcendere noverunt, qui præsentem vitam quæ septem dierum curriculo evolvitur, plenè despiciunt, qui de intima contemplatione pascuntur. Habent igitur portæ spiritualis adiutorij septem gradus: quia timorem Domini, pietatem & scientiam, fortitudinem & consilium; intellectum & sapientiam suis auditoribus prædicant. Sed cùm jam omnia dimitti precipiant, cùm nihil in hoc mundo diligi admonent, nil per affectum teneri, cùm contemplationi celestis patriæ intendi, atque in ejus suadent mysteriis delectari, gradum addunt, & ad interiora trajiciunt. Iste gradus docente Veritatem cuidam ostensus est, cui cùm Legis præcepta dicentur, respondit: *Hoc omnia custodiri à juventute Mat. 19. c mea.* Quali enim jam in septem gradibus stabar, cùm à juventute sua omnia custodisse diceret. Sed ei mox dicitur: *Abduc unum tibi deest: Si vis per ibidem. factus es, vade, vende omnia qua habes, & dapa peribus, & habebis thesaurum in calo, & veni sequore me.* In quibus verbis oœkavum quidem gradum vidit, sed ascendere noluit; quia tristis abscessit. Quiquis itaque contemptis rebus temporalibus æternitatis contemplatione pascitur, celestis regni gaudia rimatur. Post septem gradus quos timendo & operando atque intellectu sapientiæ succrescendo tenuit, oœkavo gradu interioris portæ aditum intravit. Per oœkavum quoque numerum & dies æterni judicij, & carnis resurrectione designatur. Unde & Psalmus, qui pro oœkava scribitur, à pavore judicij est inchoatus, cùm dicitur: *Domine, ne in ira tua ps. 6. arguas me, neque in furore tuo corripias me.* Nunc enim tempus est misericordiæ, in illo autem judicio dies iræ. In quo videlicet die, omne hoc tempus finitur quod septem diebus evolvitur. Quia autem post septem dies sequitur, jure oœkavus appellatur. In quo & caro nostra resurgent ex pulvere: ut sive bona, sive mala quæ egit, recipiat à Veritate. Unde & per Legem quoque oœkavo die fieri circumcisio jubetur. Nam per membrum quod circumciditur, mortalis propagatio generatur, decedentium quoque & succedentium numerus augetur. Sed quia in resurrectione mortuorum nec carnis jam propagatio agitur, & deceffio arque successio nulla erit, quia sicut scriptum est: *Neque nubent, neque nubentur, Mat. 22. c sed erunt sicut angelini calo;* oœkava die precipitur præputium incidi. Ibi enim locum jam carnis propagatio non tenet, ubi resurgens caro perseverantiam æternitatis habet. Per hoc membrum mater virgo descendit, qui Deum in utero sine virili admixtione concepit, qui primus nobis æternæ patriæ gloriam in sua resurrectione monstravit. *O resurgens à mortuis, jam non moritur, & mori etra non dominabitur.* Nobisque exemplum dedit, ut ea fieri in die ultimo de nostra carne credamus, quæ facta de carne illius in die resurrectionis agnoscimus. Sed quia de carnis resurrectione nobis fermo se intulit, triste nimis & valde lugubre est, quod quodam in Ecclesia stare, & de carnis resurrectione dubitare cognoscimus. Hanc autem antiqui patres venturam esse certissime crediderunt, etiam cùm nullum adhuc eisdem resurrectionis exemplum tenebant. Quia igitur damnatione digni sunt, qui & exemplum jam Dominicæ resurrectionis accepunt, & tamen adhuc de sua resurrectione diffidunt? Pignus tenent, & fidem non habent. Ecclesiæ replent, sed quia de resurrectione sua dubitant, mente vacua stant. De hac resurrectione per beatum Job dicitur: *Scio quod Redemptor meus vi- 1ob. 19. a vit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse.* ○○○

S. Greg. Tom. I.

Pf. 21. d

Pf. 62.

Pf. 103.

Ibidem.

Pf. 131.

Ezec. 37. a

Ope 6. a

Ioan. 5. c

Phil. 3. d

1. Thes. 4.

1. Cor. 15. c

* al. am- plitudinem

*oculi mei conspectui sunt, & non aliis. Hinc etiam per Psalmistam dicitur: In conspectu ejus procedunt universi qui descendunt in terram. In terra enim mortui non spiritu, sed corpore descendunt. In conspectu ergo Domini procedunt qui in terram descendunt: quia resurgent ad judicium venient qui nunc in pulvere putrescant. Hinc iterum dicit: Sicut in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Sicut anima mea ut Deum videat: caro quid sit, nisi ut resurgat? Hinc rursus ait: Affer spiritum eorum, & deficiens: In pulverem suum revertentur. Moxque de carnis resurrectione subjugit: Emite spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terrae. Hinc iterum dicit: Exurge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Exurrexit enim Dominus in requiem suam, cum carnem suam de sepulcro suscitavit. Post hunc quoque exurgit & arca: quia resurgent Ecclesia. Hinc per eundem Prophetam de quo loquerimur, scriptum est: Offa arida, audie verbum Domini. Hoc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego introrsum in vos spiritum, & vivetis. Et dabo super vos nervos, & succrescere faciam super eos carnes, & superextendam in eos cutem, & dabo vobis spiritum, & vivetis. Hinc est quod Propheta alias per resurrectionem Domini humanum genus vidit in fine suscitari, atque ait: Vivificabit nos post duos dies, in die tercia suscitabit nos, & vivemus in conspectu ejus. Hinc est, quod cum de semetipso Dominus loqueretur, adjunxit: Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem ejus. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vita: qui vero mala gerunt, in resurrectionem iudicij. Hinc Paulus ait: Vnde etiam salvatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformat corpus humilitatis nostra, configuratum corpori claritatis sua. Hinc iterum dicit: Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Qui rursus ait: Primitia dormientium Christus. Si enim nos a mortis sonno non surgimus, quo modo resurrectionem Dominicam primitias habemus? Ecce veteres ac novi patres uno sibi spiritu de carnis resurrectione concordant. Ecce ipsa per se Veritas prius voce docuit, quod de resurrectione carnis postmodum opere demonstravit: & tamen adhuc quorundam infirmitas fidem non habet in domo fidei stans. Sed mirari solent qualiter caro reviviscere possit ex pulvere. Mirentur igitur * altitudinem caeli, molem terre, abyssos aquarum, omnia quae in mundo sunt, ipsos quoque Angelos creatos ex nihilo. Minus est valde aliquid ex aliquo facere, quam omnia ex nihilo fecisse. Ipsa nobis elementa, ipsa rerum species, resurrectionis imaginem praedicant. Sol enim quotidie nostris oculis moritur, quotidie resurgent. Stellae matutinis horis nobis occidunt, vespere resurgent. Arbuta astvis temporibus plena foliis & frugibus videmus, que hiemali tempore nuda foliis, floribus, ac fructibus, & quasi arida remanent; sed vernali sole redeunte, cum a radice humor surrexit, suo iterum decore vestiuntur. Cur ergo de hominibus diffidit, quod fieri in lignis videtur? Sed sepe pulvremen putrefactis carnis aspiciunt, & dicunt: Unde offa & medullae, unde caro vel capilli poterunt in resurrectione reparari? Hac itaque requirentes, parva semina ingentium arborum videant, atque si possunt dicant: Ubi in eis latet tanta moles roboris, tanta diversitas ramorum, tanta multitudo, & viriditas foliorum, tanta species flororum, tanta ubertas, sapor atque odor fructuum? Numquid nam semina arborum odorem vel saporem habent, quem ipse post arbores in suis fructibus proferunt? Si ergo ex semine arborum, quod videri non potest, produci potest, cur de pulvere*

A carnis humanæ diffiditur, quia ex eo reparari forma valeat, quæ non videtur? Sepe autem objicere inanem quæstiunculam solent, qua dicunt: Carnem hominis lupus comedit, lupum leo devoravit, leo moriens ad pulverem reddit, cum pulvis ille suscitatur, quo modo caro hominis à lupi & leonis carne dividitur? Quibus quid respondere aliud debemus, nisi ut prius cogitente qualiter in hunc mundum venerint, & tunc invenient qualiter resurgent? Certè tu homo qui loqueris, aliquando in matri utero spuma sanguinis fuisti: ibi quippe ex patris semine, & matris sanguine parvus ac liquidus globus eras. Dic rogo, si nosti, qualiter ille humor seminis in ossibus durnit, qualiter in medullis liquidus remansit, qualiter in nervis solidatus est, qualiter in carne crevit, qualiter in cute extensus est, qualiter in capillis atque unguibus distinctus, ita ut capilli moliores carnibus, & unguis effent teneriores ossibus, carnibus duriores. Si igitur tor & tanta ex uno semine per species distincta sunt, & tamen in forma remanent conjuncta; quid mirum si possit omnipotens Deus in illa resurrectione mortuorum, carnem hominis distinguere à carne bestiarum, ut unus idemque pulvis & non resurgat in quantum pulvis lupi & leonis est, & tamen resurgat in quantum pulvis est hominis? Vide itaque homo, qualiter ad vitam venisti, & nequaquam dubites ad vitam qualiter redeas. Cur autem ratione vis comprehendere quo modo redeas, qui ignoras quo modo venisti? Da potentia creatoris tui quod comprehendere non vales de temetipso. Ceterè enim quia tu ex terra factus es, terra vero ex nihilo, tu es creatus ex nihilo. Ne ergo de carnis tua resurrectione desperes, perpende prudenter, quia minus est Deo reparare quod erat, quam fecisse quod non erat. Si non potes resurrectionis effectum ratione comprehendere, perpende quād multa sunt quā non intelligi qualiter sint, & tamen esse non dubitas. Dic rogo si nosti, gyrus caeli, terra cardines, aquarum abyssus, ubi finiuntur, ubi suspensi sunt? Scimus autem, quia quod ex nihilo factum est, pendet in nihilo. Sed si est aliquid quod dicitur nihilum, jam nihil non est. Si autem nihil est nihilum, nusquam mundi moles dependet, nec est ubi sit quod creatum est ut sit. Quo modo ergo nusquam est quod novimus quia est? Sed hæc fortasse ad te multa sunt: ad temetipsum homo revertere. Ceterè ex spiritu es creatus & limo: uno invisibili, altero visibili: uno sensibili, & altero insensibili. Quo modo ergo permisceri in te potuit spiritus & limus, atque ex diverso fieri res non diversa, ita ut in tanta convenientia misceretur spiritus & limus: ut cum caro arteritur, spiritus marceat; & cum spiritus affligitur, caro contabescat? Sed forsitan nequid prävalens discutere temetipsum. Perpende, rogo, si vales, quo modo Rubrum mare virginis divitum est: quo modo petra duritia percussione virge undas emanavit: *Exod. 14. e* quo modo Aaron virga facta floruit: quo modo ex ejus genere veniens Virgo concepit: quo modo & * al. post in partu virgo permanxit: quo modo quattuor annos partum mortuus iustitius suscitatus, ligatus manibus ac pedibus de sepulcro exit, quem postmodum solvi Dominus per discipulos jussit: quo modo idem Redemptor noster in vera carne atque ossibus resurgens, clausis ostiis ad discipulos intravit. Ecce haec investigare non vales, & tamen credis. Cur ergo de resurrectionis gloria disputando & discutiendo dubitas, qui tam multa mysteria sine discussione creditisti? Qui tamen si resurrectionem carnis non credis, omnia sine causa credidisti: quia in hoc Angelorum spectaculo videris quidem velociter correre, sed postquam cursum peregeris, ne bravium accipias averfaris. Unde per Paulum dicitur: *Sic currite, ut comprehendatis. Qui rursus ait: Si in hac vita in Christo tanum sperantes sumus, miserabilio-*

*Num. 20.**Num. 17.**Partum**Ioan. 9. c**10. 20. c*

res sumus omnibus hominibus. Divina autem virtutis mysteria qua comprehendendi non possunt, non intellectu discutienda sunt, sed fide veneranda. Sciendum itaque nobis est, quia quidquid ratione hominis comprehendendi potest, mirum esse jam non potest: sed sola est in miraculis ratio, potentia facientis. Ecce dum de resurrectione carnis loquimur, ab expositionis ordine paululum digressi sumus. Ad ea ergo qua cœpimus, redeamus. Habent autem interiores portæ vestibula, quæ viginti & quinque cubitis in longitudinem metuntur. Si enim octo ter ducimus, ad viginti & quatuor pervenimus. Cui unus additus ut viginti & quinque teneamus. Auditores etenim boni, qui quasi quadam vestibula sunt portarum, æternæ spei longanimitatem tenent, octavum diem in Trinitatis fide sustinent. Quæ Trinitas, quia unus est Deus, octo quidem per tria ducunt, sed in unius Dei confessione solidantur. Plana sunt vestibula; quia humilia sunt corda bonorum auditorum. Habent longitudinem, quia in spei perseverant longanimitate. Viginti & quinque cubitis carum longitudine mensuratur; quia resurrectionem carnis in octava per Trinitatem credunt, & eamdem sanctam Trinitatem unum esse Deum fatentur. Habent quoque quinque cubitos latitudinem; quia per vitam simplicem quæ quinque sensibus ducitur, circa amorem proximi dilatantur. Et notandum, quia postquam portarum vestibula superius alia dicta sunt, postmodum vestibulum quod quinque cubitis habet latitudinem exterius respicere dicitur: quia nimur sunt auditores alij, qui intellectum interioris vita magis virtutibus proficiendo penetrant; & sunt quidam simplices, qui bene quidem, sed juxta sensus corporeos vivunt. Unde & exterius respicere dicuntur. Quasi enim extra respiciunt, quia juxta sensus corporeos vivunt. Sed tamen & exterius respicentes intus sunt; quia eti sensus corporeos intelligendo transcendere neceilunt, fidem tamen atque charitatem humiliter tenent. Et intus ergo sunt in spiritali ædificio per amorem, & quasi foris respiciunt per simplicitatem. Potest per vestibulum quod exterius respicit, fides inchoantium designari: & per vestibulum quod est interius, fides perfectorum, qui jam per eam in virtutibus emicant. Possunt etiam per vestibulum interiorius præcepta altiora: per vestibulum vero quod respicit exterius, præcepta adhuc minima figurari. Per vestibulum quippe iterum ad gradus & ad portam: quia per præcepta prædicationis pertingit ad virtutes atque aditum gratiæ cœlestis.

Coloff. 3. a Cùm vero juberet aliis in cogitatione sua æterna meditari, cœlestia sapere, eisque dicitur in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus vivere, quasi interiorum vestibulum ostenditur, quod quinquaginta cubitis longitudine, & vigintiquinque latitudine mensuratur. D: quibus numeris nunc tacemus: quia ex his jam multa superius diximus. Cùm vero

I. Cor. 7. a alii præcipit, *Vxori vir debitum reddat, similiter autem & uxori viro;* quasi vestibulum quod exterius respicit, designatur. Quod quamvis extra respiciat, tamen intus est: quia rudis auditor & adhuc agit quod carnis est, & tamen à bonorum numero alienus non est. Potest autem & per Orientis portam Dominus, & per Australem Judæa, per Aquilonis vero conversa Gentilitas designari. Sed hac in re quæstio animum pulsat, cur in superiori narratione Prophetæ prius Orientalis, postmodum Aquilonis, ac deinde Austri porta descripta est. Cumque easdem portas in interiori atrio narraret, prius portam Austri, deinde Orientis, & tertio in loco descriptis Aquilonis. Cur autem non eundem ordinem quem cooperat, tenuit, sed hinc in portarum descriptione permutavit: ut & prius diceret Orientis portam, Aquilonis, & Austri: & postmodum Austri, Orientis & Aquilonis? Sed si Aquilonis

S. Greg. Tom. I.

A nomine Gentilitas designatur, cunctis studiis legentibus liquet, quia ante synagogam Gentilitas fuit. Nam Hebrei ipse, à quo Hebrei appellari sunt, *Gen. 10. c.* ex Gentibus est electus. Dicatur ergo porta Orientalis ante portam Aquilonis & Austri: quia in divinitate sua Dominus ante Gentilitatem & Judæam natus est, qui & ante omnia facula. Dicatur vero narrationis subsequenti porta Austri, Orientis & Aquilonis: quia Redemptor noster in humana natura inter Judæam & Gentilitatem nasci dignatus est: quia & in fide synagoge venit, & ante initium Ecclesiæ, quam ex Gentibus colligit. In prima ergo descriptione sit Orientalis porta ante portam Aquilonis & Austri: in secunda autem inter portam Austri & Aquilonis, Orientalis porta nominetur: quia & ex divinitate antecessit omnia, & ex humanitate venit inter omnia: qui & decedens Judæe finis factus est, & subsequentis Gentilitatis initium. Igitur quia ea quæ secundum dicta fuerant, ut, Domino largiente, potuimus, rimati sumus, & ea quæ sepius sunt replicata, transcurrimus: nunc ad ea veniamus quæ sic jam per ordinem dicuntur, ut in eis pæne nihil de his quæ dicta sunt, replicetur. [*Et per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum.*] Gazophylacia superius diximus corda doctorum, quæ scientias divitias servant. Frontes autem portarum sunt verba atque opera prædicatorum, in quibus eos foris agnoscimus, quales apud se intrinsecus vivant. Est autem ostium per gazophylacia singula in frontibus portarum: quia unusquisque doctor in corde auditoris intellectum aperit in dictis & operibus patrum. Cùm enim Petri Apostoli prædicationem discutimus, cùm Pauli verba perscrutamur, cùm Joannis Evangelium investigamus, atque ex eorum verbis auditores nostros ad interiorum intellectum trahimus, quid aliud agimus, nisi ostium in portarum frontibus aperimus? Dicatur ergo: [*Per singula gazophylacia ostium in frontibus portarum:*] Quia si doctor hoc quod loquitur, Apostolorum dictis minimè confirmat, in frontibus portarum ostium non habet. Et si ostium non habet, dici jam gazophylacium spiritualis ædificij non potest: quia si intellectum non aperit, doctor non est. Cùm vero auditores boni per ora docentium, Apostolorum dicta & opera cognoscunt, culpas suas apud semetipsum tacite reprehendunt, & lacrymis infrequuntur omne quod te egisse iniquè meminerunt. Unde hic quoque de ostio quod est in frontibus portarum, subditur: [*Ibi lavabant holocaustum.*] Qui enim se per fidem in conversatione sancta Domino devoverunt, holocaustum Domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur; quia adhuc in eis cordis munditia sordidis cogitationibus inquinatur, quotidie ad lacrymas redeunt, assiduis flagribus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta & facta considerant, & cùm se indignos pensant, in portarum ostio holocaustum lavant. Ecce etenim quis pro timore omnipotentis Domini esse patiens devovit, nulli convicchio pro conviccio reddere, omnia æquanimiter tolerare, & tamen cùm hunc contumeliam ab ore proximi illata subito persecuerit, turbatus forte aliquid loquitur, quod loqui non debuit. Certè iste jam holocaustum est, sed adhuc inquinatum. Fortasse contra illatas contumelias patientiam exhibuit, tacitus permanuit; sed tamen contra easdem contumelias quas portat, dolore tangitur, ejusque animus in charitate sauciatur. Patientia enim vera est, quæ & ipsum amat quem portat. Nam tolerare, sed odire, non est virtus mansuetudinis, sed velamentum furoris. Hic itaque *lepe* in cogitatione sua se judicat, reprehendit semetipsum quia dolet, nec tamen apud se prevallet obtinere ne doleat. Jam ergo per bonam devotionem holocaustum est, sed tamen per dolorem quo tangit. E

O O o i

tur, adhuc inquinatum. Alius ea quæ possidet a-pud semetipsum decrevit indigenibus cuncta trahi-
bere, n̄ sibi metuere, vitam suam soli super-
næ gubernationi committere: sed dum præbet pau-
peribus quæ habet, fortasse cogitatio mentem sub-
rexit quæ dicit: Unde vives, si cuncta dederis?
Nec tamen desistit tribuere: sed quod latus dare
cœperat, postmodum tristis præbet. Quid hujus
mens, nisi misericordia holocaustum est? sed ta-
men per tristitiam cogitationis inquinatum. Aut
enim deliberare summa non debuit, aut post deli-
berationem nullo modo dubitare. Alius contempnā
mundi superbiā, honores atque dignitates hujus fa-
culi decrevit vitare: ultimum appetit inter homines
locum tenere, ut tantò excellior inveniatur in per-
manenti gloria, quamdiu humilior aspicitur in trans-
cunte vita. Is fortasse cùm subito se à proximo despici-
ci agnoscat, designatur eur despiciatur. Vult qui-
dem esse in loco humili, sed tamen videti contem-
pribilis non vult. Hunc jam devotio elevat, sed ad-
huc infirmitas gravat. Jam ergo per devotionem
holocaustum est, sed adhuc ex infirmitate inquinatum.
Hi itaque qui in eis quæ optimè devoverunt,
aliqua infirmitas sui culpā tanguntur, cùm per verba
doctorum dicta patrum intelligent, & in quanta
culpa jaceant, agnoscent, seque ipsos pœnitentia
lamentis afficiunt, holocaustum in ostio portarum
lavant. Scindunt vero est, quia hoc inter sacrificium
atque holocaustum diffat, quod omne holoca-
ustum sacrificium est, sed non omne sacrificium
holocaustum. In sacrificio enim pars pecudis, in
holocausto vero totum pecus offerri consueverat.
Unde & holocaustum Latinā lingua totum incen-
sum dicitur. Pensamus ergo quid est sacrificium,
quid holocaustum. Cùm enim quis suum aliquid
Deo voverit, & aliquid non voverit, sacrificium est.
Cùm vero omne quod habet, omne quod vivit,
omne quod sapit, omnipotenti Deo voverit, ho-
locaustum est. Nam sunt quidam qui adhuc mente
in hoc mundo retinentur, & tamen ex possessis re-
bus subsidia egenitibus ministrant, oppresos defende-
re festinant. Iste in bonis que faciunt, sacrificium
offerunt: quia & aliquid de actione sua Deo immo-
lant, & aliquid sibi meti ipsi referunt. Et sunt qui-
dam qui nihil sibi meti ipsi referunt, sed sensum,
linguam, vitam, atque substantiam quam perceper-
unt, omnipotenti Domino immolant. Quid isti,
nisi holocaustum offerunt; immo magis holoca-
ustum sunt? Israëliticus enim populus primum sac-
rificium in Agypto obtulit, secundum vero in ero-
mo. Qui itaque adhuc mentem habet in saeculo, sed
boni jam aliquid operatur, Deo sacrificium obtulit
in Agypto. Qui vero præsens saeculum deserit, &
agit bona qua valer, quasi jam Agypto derelicta sac-
rificium præbet in ero: quia repulso carnalium
desideriorum * strepit, in mentis sua quiete atque
solitudine Deo immolat quidquid operatur. Quam-
vis ergo, sicut dictum est, sacrificium sit etiam ho-
locaustum, maius tamen est holocaustum sacrificio:
quia mens quæ hujus mundi delectatione non pre-
mitur, totum in omnipotentis Dei sacrificio incen-
dit quod habet. Sed sciendum nobis est, quia sunt
quidam quietiam saeculum relinquentes, totum qui-
dem quod habent, offerunt, sed tamen in bonis
qua agunt, minimè compunguntur: & quidem
bonum quod agunt, holocaustum est, sed quia fle-
re ac semetipsum dijudicare nesciunt, seque ex amore
ad lacrymas non accentuant, perfectum eorum ho-
locaustum non est. Hinc per Psalmistam dicitur:
Memor sit omnis sacrificii tui, & holocaustum tuum
pingue fiat. Holocaustum quippe siccum, est bonum
opus quod orationis lacrymae non infundunt.
Holocaustum vero pingue est, quando hoc quod be-
ne agitur, corde humili etiam per lacrymas irriga-
tur. Unde rursus dicitur: *Holocausta medullata offe-*

ram tibi. Quisquis enim bonum opus agit, sed omni-
potentis Dei amore atque desiderio flere nescit,
holocaustum habet, sed medullam in holocausto
non habet. Qui vero bona operatur, & visioni
jam creatoris sui inhiat, a qua ad æternæ contem-
plationis gaudia pervenire festinat, seque ipsum ex
amore quo acceditur, in flatribus mastat, holocau-
sta Domino medullata dedit. Studendum ergo
nobis est & mala funditus relinqueret, & bona que
sufficiimus, operari, atque in ipsis bonis que agi-
mus, amore æterni luminis compungi. Ipse enim
cordis tenebras discutit amor lucis, ut subtilius vi-
dere valeamus, ne qua in bonis quæ agimus, prava
misceantur. Considerandum nobis quippe est
opus nostrum quale sit, quæ cogitatio in opere,
qua intentio in cogitatione. Et cùm nostro bono
operi admixtum aliquid malitiae, vel prava delec-
tationis agnoscamus, redeamus ad lacrymas, lave-
mus holocaustum. Sunt autem quidam, qui semet-
ipsos in magnis actionibus Domino devoverunt,
atque ad tantam perfectionem perveniunt, ut ab
eis nulla unquam difficultate fleetantur, quatenus à
deliberatione castitatis nequaquam caro in prava
cogitatione delectatione animum sternat. Nam &
si quando per suggestionem pulsat, surgere non per-
mittitur, quia vigore judicij calcatur. In delibera-
tione quoque patientia nec sermo inordinatus ab
ore prodeat, nec dolor tacitus animum premat, ut
in largitate eleemosyna nulla inopia suspicio tristi-
tiam generet, ut in deliberatione humilitatis nul-
lus despectus animum mordet. Sed cùm iam in his
qua redit devoverunt, sile foriter exhibent, priora
tamen peccata quæ ab ipsis ante bonam delibera-
tionem perpetrata sunt, ad memoriam reducent,
& plangunt quidquid illicite se egisse meminerunt.
Hi itaque per vitam quam tenuerunt, holocaustum
sunt, sed per vitam quam ante tenuerunt, inquinatum.
Lavant ergo holocaustum in ostio portarum:
quia in intellectu quem percepimus de dictis pa-
trum, lamentis se quotidianis afficiunt, & mundan-
vitam lacrymis, quam pravis aliquando ac-
tibus inquinaverunt. Nos itaque inter hac ad vitam
præteritam mentis oculos reducamus, reminiscen-
tia qui fuimus, quum mundi hujus concupiscentias
sequeremur. Et si jam Domino toto corde servi-
mus: quia nos peccasse meminimus, desleamus, in
flatribus lavemus holocaustum. Ecce, omnipotenti
Deo devovimus castitatem nostram: fed si adhuc
immunda cogitatio mentem inquinat, redeamus
ad lacrymas, lavenus holocaustum. Ecce, patientia
nos servare decrevimus: si adhuc ira perturbat,
si mentem tacitus dolor exruciat, redeamus ad la-
crymas, lavenus holocaustum. Ecce, jam novi-
mus possessa tribuere, atque in hoc mundo humilem
locum tenuere: si qua adhuc animum inopie suspicio
deprimit, si despectus proximi in aliqua nos indi-
gnatione confundit, redeamus ad lacrymas, lave-
mus holocaustum. Mignus est enim creator
nostrus ad recipiendos fetus humili, miseri-
cordia sinus. Ubi enim innumerabilium homi-
num fetus suscepit, ibi locum suum in-
venturæ sunt & lacrymæ nostræ. Pensamus quid
per alium Prophetam dicitur: *Et erit qui offendit ex eis in illa die quasi David,* & domus Da-
vid quasi dei, sicut angelus Domini in conspectu ejus. Zach. 11.
Hæc est dies misericordia, quæ nobis de adventu
Redemptoris nostri promissa est. Qui itaque offendit,
erit quasi David; quia peccator ad pœnitentiam
redit: domus autem David, quasi Dñ; quia
reversus quisque ad iustitiam, habitat officium
creatoris sui, ut sit sicut angelus in conspectu ejus;
quia misericordia viscera quæ in se expertus est, an-
nunciando & aliis propinat. Hinc etiam paulo post
illuc dicitur: *In die illa erit fons patens domus Da-* Zach. 13.
vid habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccato-

Ex. 12. 27. 13

* al.
tumultu

Pf. 19. 4

Pf. 65. 7

*ris & menstruata. Fons quippe occultus est unigenitus Patris invisibilis Deus Fons vero patens est idem Deus incarnatus. Qui fons patens recte domus David dicitur: quia ex David genere noster ad nos Redemptor processit. Hierusalem vero visio pacis interpretatur. Hi autem Hierusalem habitant, qui in visione pacis intimam mentem figurunt. Peccator vero & menstruata, est vel is qui delinquit in opere, vel mens que labitur in prava cogitatione. Menstruata namque ista pollutio est: quia & aliena carne non tangitur, & sua carne inquinatur. Sic itaque, sic est omnis anima, que est malum opus non agit, polluta tamen cogitatione sordefit. Unde etiam per Prophetam alium sub Judae specie de anima immundis desideriis occupata dicitur: Omnes qui querunt eam, non deficit in menstruis ejus invenient eam. Maligni quippe spiritus querentes non deficit, cum inferre perditionem cupiunt, & nulla bona * cogitationis rectitudine repelluntur. Atque in menstruis suis animam inveniunt, quando in pollutis cogitationibus positam facile ad perversam operationem trahunt. Dicatur ergo: In die illa erit fons patens domus David habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatorum & menstruata: quia apertus jam nobis est fons misericordiae Redemptor noster, qui in domo David incarnari dignatus est, ut peccatorem lavet a perverso opere, & menstruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons; curramus cum lacrymis, lavemur in hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoque David lotus est, cum rediit ad lamenta penitentiae post maculas gravis culpa. Ipsum quippe invenire fontem quereret, cum diceret: Reddemur in salutem tuam, & spiritu principali confirmame. Iesu enim Hebrei ceteri Latinus salutari dicuntur. Et quid est quod sibi laetitiam Iesu reddi postulabat, nisi quod hunc ante culpam contemplari consueverat, ejusque contemplationis gaudia in culpa perdiderat? Unde recte post penitentiam, visionis eius letitiam sibi reddi quereret. In hoc fonte misericordiae loca est Maria Magdalene, que prius famosa peccatrix, postmodum lavit maculas lacrymis, detergit maculas corrigendo mores. In hoc fonte misericordiae * omnibus aperto lavit Petrus quod negaverat; quia flevit amare. In hoc fonte misericordiae * in fine suo lotus est latro, qui semetipsum in morte reprehendens, a culpa sua ablutus est confessione veritatis. Cur igitur piger sumus? cur torpentes & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos jam se lavisse cognovimus? Ergone de emundatione nostra desperabimus, qui tot exempla misericordiae in pignore tenemus? & cessamus veniam querere, atque cum lacrymis fiduciam habere, qui tantorum jam emundationem spei nostrae pignus acceperimus? Quare enim misericordiae fontem deberemus, etiam si clausus essemus. Patet nunc, & negligimus. Mittamus oculos fidei in mundum universum, consideremus quanti peccatores diebus ac noctibus per lamenta in hoc fonte misericordiae lavantur, quanti post tenebras ad lucem, quanti post maculas ad munditiam redeunt. Curramus ergo cum talibus post mortis tenebras ad aquam vitae: consideremus quantum peccavimus, quantum quotidie peccamus, atque ut appareamus mundi post culpas, lavemus holocaustum. Ad haec agenda adest gratia Redemptoris nostri, qui vivit & regnat in secula seculorum. Amen.*

HOMILIA XXI.

Ezech. c. 40. v. 39. *Et in vestibulo porta, due mensa hinc, & due mensa inde: ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium*

A porta que pergit ad Aquilonem, due mensa: & ad latus alterum ante vestibulum porte, due mensa. Quatuor mensa hinc, & quatuor mensa inde per latera portae. Octo mensa erant, super quas immolabant. Quatuor autem mensa ad holocaustum de lapidis quadris extulæ, longitudine cubiti unius & dimidiij, & latitudine cubiti unius & dimidiij, & altitudine cubiti unius, super quas ponunt vas, in quibus immolatur holocaustum & victimæ. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinsecus per circuitum. Super mensas autem, carnes oblationis.

*Hier. 2. e*** al. con-versationis**Zach. 1. e**Psi. 50.**Luc. 7. 8*

** al. co-rum om-nibus lavit
Mat. 26. 5
Luc. 2. e
* al. felix ille vo-lutatus est*

B *Q*uid sumus de mysticis sensibus Ezechieli propheta locuturi, qui ipsa ejus historiq verba vir capimus? Ecce etenim dicit: [*Et in vestibulo portæ, due mensa hinc, & due mensa inde: ut immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium porta que pergit ad Aquilonem, due mensa: & ad latus alterum ante vestibulum portæ, due mensa. Quatuor mensa hinc, & quatuor mensa inde per latera portæ. Octo mensa erant, super quas immolabant.*] In quibus videlicet verbis magna caligo dubitatus oritur, utrum hec de una porta qualibet, an de duabus, aut de singulis portis dicantur. Sed dum quaterne mensa per latera describuntur, ac postmodum in summa conclusionis dicitur: [*Octo mensa erant super quas immolabant;*] patet quia hoc spiritus non de singulis portis quas superius descripsit, dicat: quia si porta sex superius enarraret, quaternas mensas per latera haberent, simul omnes non octo, sed quadragesinta & octo dicerentur. Rursus si hoc de una dicitur, magno obstaculo nostra intelligentia reverberatur, quod post descriptionem portæ vestibulum, ubi due mensa hinc, & duas mensas inde esse narratæ sunt, adhuc ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ que pertinet ad Aquilonem, duas mensas esse memorantur; atque subiungitur: [*Et ad latus alterum ante vestibulum due mensa.*] Si enim intra vestibulum portæ, binas per latera mensas erant, cum subdicit: [*Et ad latus exterius duas mensa, atque ad latus alterum ante vestibulum duas mensa,*] inter quas etiam porta que respicit viam Aquilonis, esse memoratur: profectò patet aliud vestibulum intrinsecus, atque aliud extrinsecus fuisse: quia & prius porta interior, & postmodum hoc in loco exterior Aquilonis porta describitur. Nam cum tres portas superius descripsisset, tres quoque alias interioris atrij esse memoravit, quarum extremam Aquilonis portam narraverat: sed ut prædictum est, atrij interioris. Nunc ergo cum duas mensas hinc in portæ vestibulo, & duas mensas inde describuntur, adhuc de eadem interiori porta sermone contexitur; quippe cum protinus subinfertur, quia [*ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ qua pertinet ad Aquilonem, duas mensa: & ad latus alterum ante vestibulum portæ, duas mensa.*] Porta ergo interior binas per latera in vestibulo mensas habere descripta est, & porta exterior similiter binas. Quatuor autem hinc, & quatuor inde mensas pariter fiunt, dum per latera singula binas in vestibulo porta interioris, & binas hinc & inde exterioris in Aquilonis porta describuntur: que simul omnes octo sunt, in quibus immolatur. His itaque de exteriori narratione discussis, ad spiritalem intellectum sermo redeat: qui tantò jam esse, largiente Domino, facilius debet, quanto nos exterioris descriptionis ignorantia non angustat. Possunt etenim portarum nomine, sicut superius dictum est, sancti predicatorum intelligi, ut vestibulum portæ sit populus.

O O O iij